

Scapulis suis obumbrabit tibi, et  
sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas e-  
jus : non timebis à timore nocturno.

A sagittâ volante in die à nego-  
tio perambulante in tenebris, ab  
incursu et demonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, et de-  
cem millia à dextris tuis : ad te  
autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis conside-  
rabis et retributionem peccatorum  
videbis.

Quoniam, Tu es Domine, spes  
mea, Altissimum posuisti refugium  
tuum.

Non accedet ad te malum, et  
flagellum non appropinquabit ta-  
bernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit  
de te : ut custodiant te in omnibus  
viis tuis.